

Viuas. *Sed.* Miser, cui viuam?
Nab. Viuas in penam tibi.
Sed. Nosco munus Tyranni. *Nab.* Agnosces diu.
Sed. Iuuant tenebræ mentem,
 Nec adeo miser sum quantum fateris.
 Noctis compenfat pœnas
 Te non posse videre, & meas catenas.
 Nil fortuna de te conqueri licet;
 Nam me cæcum reddendo
 Facis similem tibi; & quid sperare
 Ultra potero iam, quam penâ eâdem,
 Quâ sese damnat Sors, & me damnare?
 Antea luce carentes
 Duo fuerunt Potentes:
 Cæca Sors, cæcus Amor.
 Tertius additur istis
 Cæcus nunc Sedecias;
 Sed quamuis cæcus mortis inueniam vias.



ELOQVENTISSIMO VIRO
 ADMODVM REVERENDO P. MAGISTRO
 FR. IOSEPHO MARIA AGVDI
 Ordinis Prædicatorum,
 In Melodramatis argumentum Verba habenti.

EPIGRAMMA.

Flexanimis numerosa tuæ Facundia Lingua,
 Non sinit Aufoniam de Cicerone loqui.
 Ad te, dum clamas Populus fuit omnis, vt aure
 Ebibat Eloquij flumina sacra tui.
 Gratia tanta tibi est, vt Apes sua mella putarem,
 Faucibus inque tuis composuisse fauos.
 Sibila cæruleus tibi poneret Anguis, & vnda
 Ad voces staret non glaciata tuas.
 Tu tamen hæc tantum contemnis, flectere quantum
 Possè homines magis est, quam potuisse feras.

F I N I S.

SEDECIAS

MELODRAMA

FRANCISCI LAVRENTINI

Canendum

IN SACELLO ARCHICONFRATERNITATIS

SANCTISSIMI

CRUCIFIXI

Musici modulis adaptatum

A D. IOANNE BAPTISTA BORRI
 BONONIENSI

Musicæ Magistro.

Ex Libris
 to Torre Franca

CONSERVATORIO DI MUSICA S. MARCELLO A
 FONDO TORREFRANCA
 LIB 3478
 BIBLIOTECA DEL VENEZIANI

ROMÆ, Typis Io: Francisci Buagni. MDCCIV.

Superiorum Facultate.

ARGOMENTO.

Sedecia Rè di Gerofolima rinunziando all'amicizia di Nabucco Rè di Babilonia, ch'era il sostegno del suo Trono, per aderire al Rè d'Egitto, irritò lo sdegno di quello, che per vendicarsi dell'affronto, circondò con un potente esercito Gerofolima, & auendola dopo due anni superata, la saccheggiò. Fuggì Sedecia per evitare il furore del trionfante, conducendo seco la Consorte, & i Figliuoli, ma l'accortezza del Vincitore rese vane le speranze del vinto, e fattolo prigioniero dopo auerli fatto uccidere in sua presenza la Moglie, & i Figliuoli, gli fece cauare gl'occhi, conducendolo così cieco presso il Carro del suo Trionfo.

ACTORES.

SEDECIAS Rex Hierusalem.

ANNA Vxor.

ISMAEL Filius.

NABVCCVS Rex Babylonis.


DVX.

CHORVS Militum.



PARS

PARS PRIMA

Nab.  RMA, Clypei, & Vexilla,
Hostis spolia deuicti,
Sternant pedibus meis iter decorum,
Et murmur Lituorum
Me nunciet Mundo trepidanti; eadem

Dextrâ Lauris ornata
Tela stringere, & Fata.

Ossa super, urnasque regales,
Et Pyras fatales

Ducam currus Trophæa referentes.

Saturata Regnantis cruore

Horrendo fulgore,

Clamys ista terrebit Potentes. Ossa &c.

Huius Victoria pugnae,

Quod mihi dulcius est, nulli Deorum

Debet animus meus,

Ipsè mihi Fortuna, ipse sum Deus.

Chor. Surgite ad murmura,

Tympana, & Classica,

Tubæ sonantes.

Et Martis clangores,

Accendant furores

Pugnando lætantes. Surgite &c.

Dux. Veni ter felix, veni,

Regum domitor fortis,

Grauis Arbitr vitæ, Arbitr mortis:

Sint dies Imperij tui semper sereni.

Seruiat subdita tibi

Domus vtraque Solis;

Seruiant niues Arctoæ; nisi rogatus

Serò deferens nos, regas Olimpum,

Et cum premes Atlantem

Cernes inferius stare ipsum Tonantem.

A 2

Vo-

Volans Auis Armigera Irarum,
 Ministra flammaram,
 Negans Ioui, fert tibi furores.
 Cupit imber ad Iussa venire,
 Impatiens ferire,
 Sine nube iam torquet ardores. Vol.&c.

Ann. Adhuc Sponse, moraris?

Ism. Illum nuper reliquimus, & quæris?

An. Tu sic Tu sic Fateris;
 Nescis enim momenta, ò fili care,
 Vt numerant amantes numerare:

Alas certè perdidistis
 Olim rapida momenta.

Semper lenta

Sic fuistis,

Cum vidistis

Mea tormenta. Alas &c.

Vt bella declinemus,
 Huc nos permittis, coniux: noluisti
 Sub eadem fortunâ me videre,
 Sub quâ vides diadema.
 Hora lethi suprema
 Sic me nequit terrere,
 Vt carius mihi sit, quam mori tecum,
 Tibi superuixisse. *Ism.* Ah Mater ploras?
 Etiam ego dolebo.

Ann. Dum coniux nescit moras,
 Semper misera flebo.

Suspiria volate,
 Volate ad Amorem,
 Narrate dolorem
 Quem patior amando.
 Suspiria redite
 Redite ad amantem,
 Me reddet lætantem,
 Heu dicite quando?

Suspiria &c.

Ma-

Ism. Mater, regia indumenta
 Me quibus exuisti,
 Redde Soboli tuæ, sic promisisti.

Ann. Ferus ensis hostilis
 Quærit perdere nos; coronâ orbatum
 Pudet fortunæ meæ caput præbere;
 Sed tandem vincat fatum:
 Tu quoque exemplo Matris,
 Hæc discas sustinere;
 Velat en pectus meum rustica Vestis,
 Sortis inuidæ testis.

Ism. Quis nam es tam Crudelis, & tam fortis,
 Qui poteris in foeminam pugnare,
 Et in puerum bellare?

Non sic ero semper puer,

Ego quoque arma mouebo,

Et vlcisar Genitricem.

Nec me lædere præsumes,

Ensem quando sustinebo

Vires habens. . . me infelicem!

Mater, regia indumenta,

Me quibus exuisti,

Redde Soboli tuæ, sic promisisti.

Ann. Nate à 2. Dulcis

Ism. Mater

Ann. Nate care

Ism. Mater cara

à 2. Sola quies cordis es.

Ann. Sed Tonante. *Ism.* Sed crudelis.

Fulminante Quare velis

Arent tibi regni spes. Vanas reddere meas spes?

Sed. Vbi decor Sionis,
 Vbi templa, vbi tecta, vbi Davidis

Regia mania? vbi tandem,

Vbi es tu Sedecia? quid de tot malis

Primum incipiam flere? adsunt vocatæ

A 3

Vf-

Vsque ad pupillam lacrimæ: sed tanta
Est copia lacrimarum,
Vt sese impediens, vetet
Ipse dolor dolorem: quare perdis
Vilis anime nunc pretium fortunæ?
Flere erubescere, te vel conscio; Fortis
Reddit leuem ferendo iniuriam fortis.

Nimis cupis si cupis ò Sors,
Me terrere,
Vel posse videre
Me nunc lacrimantem.
Vibra tela, quæ superant, Mors,
Astra, & fatum
Me cernent prostratum,
Sed non supplicantem.

Nimis &c.

Sed quid etenim gloriæ
Astra perdendo me possunt sperare?
Ego tanti non sum, nec regna mea,
Vt sint illis timendæ meæ victoriæ;
Cadat folium Saulis,
Pereant sceptræ Idumæa,
Et hæc clamydis decora, quæ restant,
Libens ipse deponam, ne glorientur
Fata mihi abstulisse;
Tale iuuat fuisse
Pondus cœlestis iræ,
Ipsi dummodò nunc cœli furores
Inuidiam fateantur, & timores.

Descendite sydera,
Et mecum seuite.
Sed adhuc tardatis?
Ni fulmen geratis
Non amplius venite.

Descendite &c.

Nab. Iaces tandem superba
Vrbs Ifacidum potens
Mersa sanguine, & cœdibus, ruinas

Ipsa

Ipsa non capis tuas, nec credi tantæ
Nisi diruta sis, Solyma, potes.
Te nunc obtutu iuuat metiri mœo,
Iuuat premere pedibus, timores
Primum disco dum peris;
Sed es iterum rea quando timeris.
Hoc etiam crimen lues; hos horrores
Debes vincenti, nunc pereant fumantes
Pereant ipsæ ruinae, & triumphantes
Saxa comburant flammæ,
Et si quæ restant agitandæ ventis
Reliquiæ miserandæ, & infelices,
Legam manibus his, & circumfuso
Foueam cineri tuo Lauros victrices.

Noxæ grauis facta es rea;

Ira mea
Culpam penam æquare studet.
Perdas dummodò fuisse,
Te vicisse

Gloriam perdere non pudet. Noxæ &c.

Dux. Quales, inuicte Rex, potes sperare
Palmas istis maiores;
Quidquid bellica fors, quidquid Gradius
Potest sibi promittere, vel dare,
Ultra vota iam tenes;
Tecta diruta, & Templâ,
Moles euersæ, potius in exempla
Impaudis seruentur peregrinis,
Vt discant formidare ab his ruinis.

Sine tuba, absque cruore
Pro te Solyma vastata
Potest lapides armare.
Et à victis solo horrore
Post magnanima tua fata
Restat tibi triumphare.

Sine &c.

Nab. Feruet Animus intus

A 4

Belli

Bellicalens ardore, nec lethales
Adhuc quiescunt Iræ,
Pudet molliter sic odia finire.

Dux. Habet magna Victoria fines suos,
Quos impunè non licet
Virtuti vltra transire.

Nab. Qui seruat hostes perdere sese cupit.

Dux. Probat Regem clementia, ira Tirannum.

Nab. Defendas alio sceptrum si potes modo.

Dux. Melius defendet Amor.

Nab. Fouet rebelles amor, & audaces.

Dux. Timor demum desperat,

Nab. Subditos ipse meos
Non sinam desperare.

Prima sunt documenta ad regnandum
Victos quamuis infontes punire.
Nocet pietas victori Clementi
Parcens Hosti futuro nocenti,
Et ad vulnera clarè probandum
Satis est potuisse ferire. *Prima &c.*

Ductor, Milites mei
Belli Socij, & laboris,
Quid nunc optent, effare.

Dux. Optant iterum tecum militare.

Nab. Exuuiæ diuidantur, opes, aurum

Merces Animæ vilis,
Moueant corda minora, at vobis, Duces,

Pretium abundè satis
Et gloria, & virtus est, pro quâ pugnatis.

Dux. Regio calcanda pede
Subdant colla captiui

Nab. Sed deest Sedecias?

Dux. Totâ Regiâ quæsitum non inueni.

Nab.

Nab. Fugit?

Dux. Sic est credendum.

Nab. Intus rabidum cor latrat horrendum.

Fuge Fuge; te sequar ad Æthera,
Te sequar ad Tartara,
Vulnerabo,
Trucidabo,
Lacerabo te.
Et fundens cruores
Extinguam furores,
Qui stimulant me.

Fugæ &c.

Ann. Me miseram, reliqui

Nuper hic somno grauem,
Partem animæ meæ natum suauem,
Nunc ignoro vbi sit: responde, fili;
Vocat te Mater tua; fili responde;
Sed adhuc taces? hæu, mihi dolenti
Pro te respondent nunc & vndæ, & venti.

Aura, quæ sibilat
Commota Zephyris
Iubet suspiria
Excitat metus.
Vnda, quæ murmurans
Ad saxa frangitur
Garrula, & tremula
Edocet fletus.

Aura &c.

Sed. Antra, flumina, fontes,
Syluæ, nemora, montes,
Regem intra vos claudite infelicem.
Alit furias cor meum
Damnans se velut reum,

Et

Et mens scelere plena
Sibi carnifex est, crimen, & poena.

Ante vulnera, & cruores
Torquet me timor poenarum,
Mens anticipat dolores,
Fingit murmur catenarum.

Ante &c.

Finis Primæ Partis.

PARS

PARS SECUNDA

Ann.



EDEO ad te, Triste nemus,
Vbi filium amisi,
Cordis lenire mei sperans mærores,
Sed nil aliud inuenio
Nisi filij vestigia, & meos dolores.

Velut mærens reuertitur Auis
Gemendo suavis,
Quærens viduos reuifere midos.
Cogit Syluas, & nemora flere,
Et faxa, dolere,
Vocans ramos crudeles infidos. Velut &c.

Reddite Natum feræ,
Certe vos abstulistis,
Namque montibus his habitant feræ;
Vos etiam matres estis,
Et vos etiam amatis
Prolis amor quid sit nec ignoratis;
Sic & catulis vestris
Parcant feræ maiores;
Vos contra venatores
Agant Spicula sua minus seuerè;
Reddite Natum feræ.

Ism.

Ab exemplo nunc ferarum
Pone mater tuum rigorem.
Inter tenebras sylvarum
Dicat feritas amorem. Ab &c.

Paruæ Tigrides (nunquam
Sine metu ista nomina recorder)
Paruæ Tigrides certè,
Vt ego doleo nunc, vos non doletis:
Nam matres sic crudeles,
Vt est genitrix mea, vos non habetis.

Ann. Viuis, ò nate viuis?

Te

Te fleui extinctum: taces?
Mæstos attolle vultus,
Surge ad oscula mea, surge ad amplexus.

Cur lacrimaris?

Tempera gemitus

Care ad me veni.

Labra corallina

Iterum pingat

Rosa

Formosa,

Et niteant oculi

Semper fereni.

Cur &c.

Ism. Quæ nubes illa nostris

Negans oculis diem?

Ann. Solymæ pulvis est nuper collapsæ;

Qui inuoluens astra, clades

Quasi vlciscitur suas.

Ism. Occidimus; en vide

Illos longè minantes,

Ensem vaginâ suâ iam viduantes.

Ann. Heu nunc, care, fugiamus

Nate si licet; astris

Inuitis respiramus.

à 2. Fugiamus, heu fugiamus.

Dux. Quò fugitis Pastores?

Ann. Care fili hic vernantes

Finge legere Flores.

Dux. Adhuc tacetis? telo

Vos iterum vocabo.

Ann. Miles ni fallor, olim

Memini indutum sic alium vidisse,

Quem militem vocabant.

Hæc fuga, licet fuga,

Ostendit vile cor, non tamen reum;

Non te fugio, sed arma

Syluis adhuc ignota,

Dum

Dum Clypei coruscantes,
Et dum territant me galeæ comantes.

Assueti per hæc prata

Virgâ ducere capellas.

Sumus miseri Pastores.

Nondum vidimus Armatos,

Echo nostra nec tubarum

Adhuc didicit clangores.

Assueti &c.

Dux. Frons impauida, sermo

Promptus, mentitur Sylvas.

Nimia suspecta est quies;

Et nemus Sedeciæ

Talem non habet pacem.

Vilem quoque, & imbellem

Non euitanda mors reddit audacem.

A formidine magnanimi

Surgunt animi,

Ipse pavor expellit pauores.

Quando nihil est perdendum,

Nil timendum,

Nisi tantum timoris timores.

A form. &c.

Hos deuinctos catenis

Regi ostendere placet.

Ann. Cur etiam nato vincula? crudeles,

Nescit fugere puer,

Nisi fugiat ad matrem.

Ism. Quid hoc tam graue, mater,

Quod palmas lassat meas?

Ann. Infelix nimium, vincla

Ante quam noscas, geris.

Vltra si scire quæris,

Paulum excutias manus:

Audis? funera sic monent tuarum

Murmura catenarum.

Sed. Nunc me cognosco, quando

Amplius me non cognosco;

Video

Video Reges quid sint dum perdo regnum ;
Inuenio libertatem fugitiuus ,
Et penè iam captiuus .

Dulce malum est regia maiestas ,
Larua tegens adultera pœnas .
Seruit blandè captiua potestas ,
Gerat quamuis gemmatas catenas . Dul. &c

Isr. Impij sic me raptatis ? nequeo puer
Vestros æquare gressus .

Sed. Filij vox ista mei ! *Isr.* Non sic dolerem
Si genitor adesset , nec timerem .

Sed. Pater quem vocas adest .
Coniux captiua , & Natus ?
Quid agam exarmatus !

Isr. Lætor , en parens venit .

Sed. Adsum milites , adsum ,
Ego reus , & infidus
Vt rebellis puniendus ,
Me me laqueis vincite , en Sedecias :
Parcite tamen istis .

Ann. Quid infelix dixisti ;

Ipse nos & te coniux perdidisti .

Iubet Sponsum sœuire ,

Et coniugem ferire

Amor fidelis .

Nec possum lamentari ,

Nisi querar amari ,

O Sors crudelis . Iubet &c.

Nab. Dux nondum redit ? liber

Errat adhuc per arua Sedecias .

Retardat vnus fuga belli Gloriam ,

Reddens dubiam Victoriam .

Hostis iræ metuendi

Satis nunquam formidantur .

Sunt & cineres timendi

Licet tumultu premantur . Hostis &c.

Dux.

Dux. Magis superba ceruix ,
Quæ coronam gestauerit Sionis ,
Nutus expectat tuos .

Nab. Solum cæpisti Regem ?

Dux. Vxor , & parua proles

Captæ simul fuere ,

Et se nimis amando prodidere .

Nab. Filio patrem torquebo , vxore virum ,

Ipse necari suos

Cernat medijs in castris ;

Postquam funere tali

Patrios impletur visus ,

Perdat oculos ipse , & posthac cæcus

Doceat alios videre .

Sed quod acerbius est , cædes suorum

Perdat vel posse flere .

Manus ista non ignorat

More regum vulnerare .

Insueta torquet fata

Mea vindicta coronata ,

Docens astra fulminare .

Manus &c.

Rebelles perierunt ?

Dux. Fœminam preffit timor

Vulneris , ante vulnus .

Nab. Vt fata tulit puer ?

Dux. Modò quo Reges solent .

Nab. Fleuit ? *Dux.* Lumine sicco

Quo ferendus erat

Ante probauit ensem .

Nab. Aduentat Sedecias

Carens oculis , voces

Audiat victoris , *Sed.* Audio

Quem penitet audire ,

Quandiu , sœue , produces funus meum ?

Nab. Acuit vindictæ gustum

Serus vindictæ modus :

Viuas